fecit deus hunc ihesum quem uos crucifixi
stis. His auditis conpuncti sunt
corde. et dixerunt ad petrum
et ad reliquos apostolos. Quid fa
ciemus uiri fratres. Petrus uero a
it ad illos. Penitentiam inquit a
gite et baptizetur unusquisque
uestrum in nomine ihesu christi in remissi
onem peccatorum uestrorum et accipietis
donum spiritus sancti. Vobis enim est re
promissio et filiis uestris et omnibus qui
longe sunt quoscumque aduoca
uerit dominus deus noster. Aliis etiam uerbis plu
rimis testificatus est. et exhorta
batur eos dicens. Saluamini
a generatione ista praua. Qui ergo
receperunt sermonem illius
baptizati sunt. Et appositae sunt
in die illa animae circiter tria milia.
Erant autem perseuerantes in doctrina
apostolorum et communicatione fractionis
panis et orationibus. Fiebat autem omni
animae timor. Multa quoque prodi
gia et signa per apostolos in ierusalem fi
ebant. et metus erat magnus
in uniuersis. Omnes etiam qui credebant
erant pariter et habebant omnia
communia. Possessiones quoque et substan
tias uendebant et diuidebant illa
omnibus prout cuique opus erat. Co
tidie quoque perdurantes unani
miter in templo et frangentes
circa domos panem sumebant
cibum cum exultatione et sim
plicitate cordis collaudantes
deum et habentes gratiam ad omnem ple
bem. Dominus autem augebat qui sal
ui fierent cotidie in idipsum.

III

Petrus autem et iohannes ascendebant
in templum ad horam orationis
nonam. Et quidam uir qui
erat claudus ex utero matris
sue baiulabatur quem ponebant
cotidie ad portam templi quae dicitur
speciosa: ut peteret elemosinam
ab introeuntibus in templum.
Is cum uidisset petrum et iohannem
incipientes introire in templum
rogabat ut elemosinam ac
ciperet. Intuens autem eum petrus
cum iohanne dixit. Respice in nos.
At ille intendebat in eos sperans
se aliquid accepturum ab
eis. Petrus autem dixit. Argentum
et aurum non est mihi. Quod autem habeo
hoc tibi do. In nomine ihesu christi naza
reni surge et ambula. Et ap
prehensa manu eius dextera leua
uit eum. Et protinus consolidatae sunt
bases eius et plantae. et exiliens ste
tit et ambulabat. Et intrauit cum il
lis in templum ambulans et exiliens
et laudans deum. Et uidit omnis
populus eum ambulantem et laudan
tem deum. Cognoscebant autem il
lum quod ipse erat qui ad elemo
sinam sedebat ad speciosam por
tam templi. Et impleti sunt stu
pore et extasi in eo quod contigerat illi.
Cum teneret autem petrum et
iohannem concurrit omnis populus
ad eos ad porticum quae appellatur
salomonis stupentes. Videns autem
petrus respondit ad populum. Viri isra
helitae quid miramini in hoc uel nos quid Aut
intuemini quasi nostra uirtute aut
potestate fecerimus hunc ambula
re. Deus abraham et deus ysaac et deus
iacob. deus patrum nostrorum glorificauit
filium suum ihesum quem uos quidem
tradidistis et negastis ante faciem
pilati iudicante illo dimitti. Uos
autem sanctum et iustum negastis et pe
tistis uirum homicidam donari
uobis. Auctorem uero uitae interfec
istis quem deus suscitauit a mortuis
cuius nos testes sumus. et in fide no
minis eius hunc quem uos uidetis et
nostis confirmauit. Nomen eius et
fides quae per eum est dedit integram
sanitatem istam in conspectu omni
um. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam